GRÆCUM LEXICON MANUALE

PRIMUM A

BENJAMINE HEDERICO

INSTITUTUM

MOX ASSIDUO LABORE

SAM. PATRICII

AUCTUM MYRIADE AMPLIUS VERBORUM

POSTREMO

INNUMERIS VITIIS REPURGATUM PLURIMISQUE NOVIS SIGNIFICATIBUS VERBORUM LOCUPLETATUM

CURA

JO. AUGUSTI ERNESTI

ATQUE ITERUM

RECENSITUM ET QUAMPLURIMUM IN UTRAQUE PARTE AUCTUM

A

T. MORELL S.T.P.

THESAURI GRÆCÆ POESEΩS AUTORE.

EDITIO NOVA

CUI ACCEDIT MAGNUS VERBORUM ET EXEMPLORUM NUMERUS EX SCHEDIS

PETRI HENR. LARCHERI.

TYPIS ET CURA R. ET A. TAYLOR.

BIBLIOTECA
SENADO
BRASIL

LONDINI

IMPENSIS F. C. ET J. RIVINGTON; PAYNE ET FOSS; SCATCHERD ET LETTERMAN; J. CUTHELL; J. NUNN; LONGMAN, HURST, REES, ORME, ET SOC.; CADELL ET DAVIES; E. WILLIAMS; W. GINGER; S. BAGSTER; R. SCHOLEY; J. RICHARDSON; LACKINGTON ET SOC.; J. MAWMAN; BALDWIN, CRADOCK, ET JOY; R. S. KIRBY; W. BAYNES ET FILII; J. BOOKER; J. ROBINSON; T. HAMILTON; G. ET W. B. WHITTAKER; OGLE, DUNCAN, ET SOC.; T. TEGG; J. COLLINGWOOD; E. EDWARDS; R. SAUNDERS; SIMPKIN ET MARSHALL; HURST, ROBINSON, ET SOC.; G. MACKIE; J. SHELDON: J. DEIGHTON ET FILIORUM; ET WILSON ET FILIORUM, EBORACI.

1821.

BIBLIOTECA DO SENADO FEDERAL
Este volume acha-se registrado
sob número 870
do ano de 1945

MONITUM.

DE hac nova Lexici Hedericiani editione, L. B. paucis accipe. Quarto abhinc anno diem obiit Lutetiæ Parisiorum, senex fere nonagenarius, Petrus Henricus Larcherus, Divionæus, vir tum ob diffusam eruditionem, tum ob singularem ejus humanitatem et candorem, omni laude dignissimus; præsertim vero egregia Herodoti versione meritam per Europam celebritatem nactus. Is autem moriens supellectilem librariam reliquit satis amplam, quæ paullo post, hæredum jussu, sub hasta venum data est. Inter alios, qui tum voci præconis subjiciebantur, libros, exemplar erat hujus Lexici, editionis quæ A. 1755 prodierat, cujus quidem foliis chartæ scriptæ singulis interjectæ sunt, in quas magnum tum vocabulorum, tum exemplorum numerum senex venerabilis inter legendum conjecerat. Hunc vero librum, pretio satis magno comparatum, redemtores nostri, qui novam hujus vocabularii editionem, curis Larcherianis auctam, prelo subjicere cupiebant, in manus mihi tradiderunt, ut si quid in eo vel minus accurate scriptum, vel præter necessitatem adjectum fuisset, id omne transverso calamo notarem; ne lexici, tironum usibus destinati, moles inutiliter augeretur. Hoc igitur effeci, et præterea nihil; quippe qui correctoris munus, molestum sane ac laboriosum, in me suscipere noluerim. Ipse vero Larcherus in thesauro suo locupletando quanta cum diligentia versatus sit, intelligere licet ex sequente notula, quam ad libri calcem reperi: "1682 *additions en Juillet* 1782." In his autem additamentis, haud pauca reperies poetarum scenicorum loca recte explicata; multa etiam tum veterum historicorum, Herodoti, Thucydidis, Xenophontis, tum recentiorum, Polybii scilicet, Appiani, Arriani, item Plutarchi et Eroticôn scriptorum, imo et medicorum, ne quid de poetis, Lycophrone, Apollonio, Nicandro, et Florilegii auctoribus, dicam.

Animadvertent tirones multa esse vocabula, quæ unius Oppiani vel Nonni auctoritate nituntur; non tamen idcirco Græca civitate donanda; quia Cynegetica, quæ sub Oppiani nomine circumferuntur,

feruntur, et Nonni poemata insulsissima, verbis ac locutionibus scatent, quas in probatis auctoribus frustra quæsiveris. Alia sunt haud pauca, quæ nullum, præter Heliodorum, fidejussorem habent; attamen episcopus ille Tricensis Græce longe melius sciebat, imo melior erat poeta, quam Nonnus iste, vel pseudonymus Cynegeticôn scriptor.

Porro in hac nova editione vocabula, quæ Morellii Appendicem occupabant, suo quodque loco interseruntur, cura ac diligentia Typographi. Idem vero eo nomine laudandus est, quod Larcheri additamenta, minuta manu et perplexo ordine scripta, magno cum labore enuclearit, et secundum litterarum seriem disposuerit.

Quod præterea dicam nihil fere habeo, nisi ut exoptem fore aliquando, qui Bastii τοῦ μακαρίτου egregios in librum Hederici labores publici juris faciat; quo nescio an quidquam ad Græcarum litterarum cognitionem utilius accidere possit.

C. J. B.

Scripsi Non. Jul. 1816.

M. BENJ.

M. BENJ. HEDERICI PRÆFATIO.

ALTERUM hoc Lexicon est, *Lector benevole*, quod juventuti bonarum artium studiosæ commodare satagi. Græcum, ut vides, illud est, et, velut in priori disciplinas atque veterum Scriptorum monumenta, quæ Scholas fere occupatas habent, dilucidare pro viribus sum annixus; ita hoc, quod jam exhibeo, literas in primis Græcas adjuvare studui. Neque vero operam hanc, ut quidem confido, præter rem necessitatemque suscepisse jure existimari potero. Etenim, quæ Linguæ Græcæ cum præstantia sit, tum utilitas, atque ad omne propemodum studiorum genus necessitas, ab aliis jam ostensum est pluribus: attamen Lexicon, quo illa contineatur, satisque idoneum Scholis, adhuc deesse experiuntur identidem, quibus hanc eruditionis partem tradere juventuti incumbit. Quotquot enim hujus generis libri exstant, vel mole sua usum sufflaminant sui, vel jejunitate qua laborant, sæpius destituunt paulo serius literis Græcis operaturos, vel ordinis implicatione linguæ adhuc minus gnaros plus justo fatigant, efficiuntque haud raro, ut tot illi tantisque difficultatibus præpediti non sine indignatione ac tædio in hoc studiorum genere versentur.

Singula igitur illa, quantum quidem fieri potuit, amoliturus, librum in tres Partes dispescui, Hermeneuticam scilicet, Analyticam, atque Syntheticam: primæ, quæ ad intelligendos omnis generis scriptores, quos antiquiora tempora dedere, facere debet, eam Vocabulorum copiam inserere allaboravi, quam ad negotium hoc, amplum licet ac vastum satis, suffecturam omnino putavi. Certe, quæ ex ingenti Henrici Stephani Thesauro, volumine satis etiam grandi, Joannes exhibet Scapula, ea tantum non omnia hic etiam suppeditavi. Quinimmo ipsorum non solum numerum, sed in primis etiam, quas obtinent, significationes ex Suida, Polluce, Suicero, Leighio, Scriptoribusque similibus aliis, non parum earumdem hinc inde adauxi. Hasce quoque pro ea, qua differunt varietate, suis fere distinxi numeris, et sic clarius ordinatiusque, spero, se oblaturas cuique; eodemque fere modo quo Voces potissimum ipsas ordine, quem vocamus, alphabetico disponere visum est. Equidem virtutes naturalis illius, quo Voces derivatæ primigeniis, compositæ simplicibus subjiciuntur, non ignoro, neque me præterit etiam, quantopere eum in Stephano aliisque prædicent bene multi; sed non æque tamen intricatus hic alter est, longeque facilius linguæ nondum satis peritis Vocabula, quæ inquirunt ipsi, suggerit. Et, si omnino ad indagandam genuinam Vocis potestatem momenti maximi est nosse originem ejusdem, singulis etiam Vocabulis hanc subjeci, ut adeo nec adminiculo isto, necessario certe ad feliciorem cujusvis Scriptoris interpretationem, destitutos Lexico hoc usuros conqueri possint, qui id ordinis naturalis laudem, atque virtutem ferme præcipuam, habere solent.

Quemadmodum autem hæc primæ Lexici hujus Partis ratio est; ita altera illa, cui Analyticæ, ut dixi, nomen feci, ea Vocabula grammatice, quomodo loqui consuevimus, resoluta complexus sum, quæ difficultatibus suis, sive a Dialecto aliqua, sive aliunde subortis, solicitare tironum patientiam possunt. Est certe eadem hæc opera, quæ liberalius paulo a Schrevelio juventuti navata, ipsum tam acceptum huic reddidit, ut unus fere ex sui ordinis Lexicographis in Scholis huc usque locum vindicaverit sibi. Ac tametsi non desint, qui eamdem ignaviæ potius subsidium habeant, quam ut emolumenti quidquam juventuti illam credant adferre, eo quod hæc a penitiori Grammatices studio avocet, ad quod potissimum solidior linguæ cognitio redit: attamen, qui rectius justiusque rem expendunt, satius utique existimant, velificari nonnihil discentium a labore molestiore aversioni, quam quidem committere, ut miseri succumbant inscitiæ suæ, vel etiam, quod sæpius usu in Scholis evenire videmus, difficultatibus his absterriti linguæ pulcherrimæ studium plane abjiciant. Ne igitur habeant, quod et ipsi suo quasi jure desiderare possint, hac etiam in re illis deesse nolui. Quin potius non solum Vocabula prope omnia, quæ Schrevelius ex appendice Scapulæ Lexico subnexa, Pasoris in Hesiodum Indice, aliisque id genus operibus attulit, in Partem hanc alteram conjeci: sed locupletavi quoque passim ex Jo. Vorstii Veterum Poetarum

Græcorum

Græcorum excerptis, Celeberrimi item Viri, Dn. Jo. Davidis Schreberi, in Hortulo Græco ex omnibus Plutarchi Operibus adornato, et Clarissimi Dn. Hieronymi Freyeri Fasciculo Poematum Græcorum, libellis vere aureis atque ad perdiscendam Græcam linguam accommodatissimis. Attamen, ne nimis etiam indulsisse discentium inertiæ videri possem, satis habui, digitum in cibum hunc intendere, præmansum vero ipsum atque hoc tantillum laboris recusantibus, ut eumdem sumere ipsi dignentur, inserere in ora utique supersedi.

Tertia libri Pars, quæ Syntheticæ titulum præfert, iis destinata est, quibus Latina sermone Græco, eoque prosaico, reddere collibet; adjutusque a Scriptoribus laudatissimis, Benzio, Posselio, Devario, Scheidio, aliisque, hic quoque eum Vocum Formularumque loquendi apparatum, suis fere ubique auctoritatibus munitum, suggessi: qui, nisi me omnia fallant, ad institutum hoc, quantum quidem in Scholis illud exigi, vel certe usui hodie esse solet, abunde suppeditabit. Et, si omnino contingat, ut quædam adhuc desideres, ea tamen forsitan hæc erunt, quæ omissa facile pati, vel ex iis etiam, quæ allata sunt, compensare non incommode poteris. Ita quippe sæpius Nomina illa a Verbis deducta, qualia sunt *Accumulator*, *Admodulator*, *Adoptator*, item *Accumulatrix*, *Admodulatrix*, et similia, perinde qualia *Accumulatio*, *Admodulatio*, *Adoptatio*, et quæ sunt hujus generis alia, frustra hic quæsiveris. Præterquam enim quod magna eorum pars ipsa civitate Latina deficitur, adeoque soli formationis inuititur Analogiæ, certe, si Græce eadem reddenda sunt, alia fere per Participia, alia per Infinitivos Verborum, a quibus descendunt, tuto enunciari possunt. Ita videlicet *Accumulatorem*, vel ipsius Demosthenis exemplo, rectius ἐπισωρεύοντα, *Admodulatricem*, προσάδουσαν, et *Accumulationem*, quæ ipsum in primis accumulandi actum significat, τὸ ἐπισωρεύειν interpretaberis, quam ut nomina vel plane nova confingas, vel sua etiam, carentia auctoritate usurpes. Quumque adeo hæc talia a Verbis allatis, si quidem ipsis opus sit, nec suo ista loco reperiantur, formare perquam sit facile, operæ chartæque tanto justius eorum me omissione pepercisse arbitror, quo magis Lexicon hoc manus impleat, nomenque suum excedat. Nec alia quoque causa fuit, cur Nomina etiam, quæ propria Grammatici vocant, omiserim, utpote quod ipsa quoque facile Græce efferri possunt, quippe ex Grammatica constet, quæ literarum utriusque linguæ natura sit atque cognatio. At vero, quod in Prima præcipue Parte nec auctores addiderim Vocibus, nec locutionum etiam, quas hæ ex se progignunt, subjecerim exempla, forsitan mirabuntur, qui ex his propemodum solis Lexici perfectionem æstimare solent. Sed et his adferendis locus plane defuit. Nec vero etiam video, si vel maxime ipse suppetivisset, ecquis eorum in Lexico hermeneutico sit usus. Sua enim Scriptori cuivis interpretando, auctoritas sufficit, et, qui ex Vocum significationibus tam distincte copioseque subministratis sensum effati alicujus Græci indagare nequit, eum vel plane a Grammatica non instructum, vel rei, quam continet illud, prorsus ignarum esse oportet. Secus statuendum esse de Lexico synthetico facile concedo, quum Græce scripturus utique non solum de Vocis, qua usurus est, probitate, sed et de Constructionis, qua gaudet, eadem ratione certus esse debet. Quare id etiam mihi quam maxime commendatum habui, ut ne facile in Tertia hujus libri Parte Vox aliqua sine auctore suo compareat, vel Constructionis etiam exemplum non habeat adjunctum. Quod si tamen vel hic etiam alterutrum, immo utrumque deesse nonnunquam deprehendas, auctorem quidem Vocis idoneum me fugisse non inficior, licet de bonitate ejus Lexicographorum saltem præstantissimorum auctoritas dubitare me non siverit; Constructionis vero modus ideo a me neglectus est, quod Regulas ille notissimas atque adeo Græcæ etiam Linguæ cum Latina communes sequatur.

Atque hæc fere ea sunt, *Lector benevole*, quæ te scire, e re tua, immo et mea, esse existimavi. Tute labori etiam huic meo, si merebitur, fave: sin minus, eum ante ne damnes, quam cogitaveris, contingere haud raro, ut tuo arbitrio stare non possis. Vale.

Expositio Notarum quæ in priore Lexici hujus Parte inter alias occurrunt.

Gl. V. Glossaria Veterum a Labbeo edita.
Ph. Philoxenus, Glossographorum facile princeps.
Lex. Gr. Lexicographi Græci, Hesychius, Suidas, auctor Etymologici magni, Varinus, Phavorinus.
Hes. Hesychius, Alexandrinus.
Suid. Suidas.
Etym. vel *E. M.* Etymologicum magnum.
R. Gulielmus Robertsonus Anglus.
Suicer. Jo. Casp. Suicerus, Tigurinus.

Atque hos Lexicographos ad eas voces allegare placuit, de quarum auctoritate aliunde, quam ex ipsis, non constat; quum e contrario Philoxenus et Glossaria Veterum eo laudentur nomine, quod multas easque aptissimas vocum significationes suppeditant, quæ alibi non facile sunt obviæ.

EX

EX PRÆFATIONE JO. AUGUSTI ERNESTI.

In causis, propter quas tam pauci ad linguæ Græcæ vel mediocrem scientiam perveniant, Moses Solanus* jure numerat vitia Lexicorum quibus puerilis ætas utitur. Eorum duo maxime impediunt verum verborum intellectum. Primum est, quod significationes sæpenumero vel prorsus alienæ verbis tribuuntur, vel parum accurate distincteque traduntur: alterum, quod tam pueriliter atque inepte Latinis vocabulis exprimuntur Græca, ut intellectus impediatur potius interpretando, quam adjuvetur. Hoc fit maxime, et hanc ob causam, quod interpretatio nimis etymologiæ rationibus accommodetur, neglecto usu loquendi, qui solus in hoc genere dominatur, in primis in compositis ex præpositione una pluribusve, in quibus incredibile dictu est quam pueriliter peccetur; item ex εὖ, φίλος, aliisque. Talibus igitur erroribus, vitiis, ineptiisque cum plena sint Lexica vulgaria, quæ sunt in tironum manibus.....&c.

Itaque cum rogatus essem, ut Hedericiani Lexici Græci, quod nunc maxime versatur in manibus tironum, putaturque esse in hoc compendiario genere optimum, recensendi curam susciperem; eam provinciam, quanquam duram et tædii plenam, defugiendam non putavi, qui vitiis ejus, et ortis inde apud tirones noxis, sæpe doluissem, iisque tollendis, omninoque opere illo emendando locupletandoque, plurimum adjumenti me allaturum discentibus putarem. *Non is ego sum*, cui aut jucundum, aut adeo opus sit, de aliis detrahere, et hac via ad famam contendere. Melioribus artibus laudem parare didici. Itaque non libenter dico, quod præsens institutum dicere cogit: Hedericum illum, virum bonum cetera et laboriosum, at Græce doctum, et ad tale Lexicon rite conficiendum, satis a lectione Græcorum scriptorum instructum non fuisse. Totus ille, id quod per totum opus observare licuit, e Scapula aliisque vulgaribus Lexicis pendebat: attamen tot præclaras doctorum hominum de verbis plurimis, post Stephanum et Scapulam, observationes ignorabat, nec ipse e lectione ipsorum scriptorum meliora didicerat. Itaque non modo totidem verbis e Scapula in suum Lexicon retulit verborum interpretationes parum idoneas aut perspicuas, sed subinde etiam ne assecutus quidem est ejus aliorumque Lexicographorum mentem, vitiisque operarum se decipi passus est: unde manarunt innumera peccata. [*Aliquot exempla Cl. autor protulit, sed hæc apud illum quærenda mitto.*] Jam incredibile dictu est, quam sæpe, quam absurde interpretatus sit, plerumque post alios, verba composita ex ἀμφὶ, ἐκ, σὺν, κατὰ, ὑπὸ, παρὰ, περὶ, πρὸ, &c. exprimens has præpositiones e vulgari significatione, non ex usu scriptorum in verbo quoque; in quo sane est mira varietas. Idemque notavimus in aliis generibus compositorum. Φιλότμητος est ineptum Nonni verbum in Johannis μεταφράσει; sed id ineptius vertitur in Scapulæ Lexico *sectionis amans, incisione gaudens*, sequaci Hederico. Similiterque peccatur in verbis compositis Poetarum, inprimis tragicorum; quorum vim ex illis interpretationibus nemo adsequatur. Illud quoque parum scienter factum erat, ut significationes πολυσήμων parum recte digererentur atque ordinarentur, activa et media, eorumque significatio, itemque temporum significatio diversa, cum v. gr. præsens activam, aor. 2. neutram vim habeat; quod hodie in Lexicis ferri non potest, quamvis sit ad accuratam linguæ Græcæ scientiam scriptorumque intelligentiam pernecessarium.

Enimvero hæc et alia omnia correcta sperabam me reperturum in editione *Sam. Patricii*, Scholæ Carthusianæ apud Londinenses Hypodidascali, qui Hedericianum Lexicon bis recoxit, et magnam diligentiæ laudem apud suos (vid. Scott. præf. ad Append. Steph.) etiamque apud exteros tulit: præsertim qui in præfatione dicat, se diligenter hoc opus correxisse, vivatque in insula ea quæ sibi Græcarum literarum principatum vindicare videtur, et in qua Græce doctissimi homines pæne nasci videantur; adeo mature ibi omnes Græcos scriptores vel difficillimos intelligi et emendari posse. Sed omnia alia deprehendi, intellexique Patricium Britannum non plus

* In Præf. ad Plutarch. Briani.

in

in Græcis potuisse Hederico Germano. Hujus quidem peccata fere omnia sanctissime conservata sunt eaque novis aucta.

Prima igitur nobis cura fuit, ut talia peccata toleremus, corrigeremusque, si quid parum vel recte, vel accurate, vel perspicue scriptum esset in significationibus vocabulorum tradendis. In quo tamen difficultas quædam objecta est a ratione ipsa talis Lexici, in quo singula tantum verba explicantur: quod nonnulla vocabula, inprimis adverbia, separatim commode explicari non possunt, facilioremque interpretationem habent cum verbo, cui adjungi solent. Tum in verbis, quæ Grammatici proprie dicunt, operam dedimus, primum ut activa et media, etiam tempora interdum, ex usu optimorum scriptorum, distingueremus, deinde ut significationes in πολυσήμοις digereremus diligentius, et, quoad fieri posset, a propria et prima significatione quomodo ceteræ ducerentur, ipso ordine indicaremus, v. gr. σμύχω, τύφω, πομπεύω, πύργος, σηκὸς, τίθημι, ὕβρις, δημιουργὸς, προτείνω. Auximus etiam priorem significationum numerum e nostris aliorumque observatis, qui veteres scriptores Græcos illustraverunt. Sed maxime in hac parte sic laboravimus, ut accurate exponeremus verba e præpositionibus composita, in quibus explicandis omnium adhuc Lexicorum stultitia accusanda est, tribuentium interdum præpositionibus aliquam vim, ubi ex usu loquendi veterum nullam habent, aut ita exprimentium, scilicet e vulgatissima cujusque significatione, ut nemo intelligere possit. Nos in omnibus usum secuti sumus, comparandis, ubi non statim vera significatio succurreret, aut aliquid dubitationis oriretur, exemplis idoneis. Itaque et subinde notavimus, in eodem verbo, modo redundare præpositionem, nec ullam vim habere, modo addere verbo aliquid significationis. Quædam tamen, sed perpauca, fuere, in quibus analogia et conjectura sequenda esset, quod nullum exemplum veteris scriptoris vel ipsi notatum habebamus, vel ab alio notatum reperiebamus: in quibus si forte aberravimus, nobis ut ignoscatur, rogamus. Atque pari ratione usi sumus in aliis compositorum generibus, ut e φίλος, χαίρω, &c. ut facile quivis intelliget, qui vel in his, quæ exempli causa posuimus, nostra cum superioribus velit comparare. Denique ipsis verbis locupletare hoc Lexicon studuimus, &c.

Et hæc fere sunt, quæ in castigando locupletandoque hoc Lexico secuti sumus, quibusque, ut speramus, perfecimus, ut et latius ejus usus pateret, et tutius usurpari a tironibus posset. Unum restat de quo admonendum videtur. Singulis verbis etymologiam addere instituit Hedericus. Id nos non totum mutavimus: sed correximus tamen in nonnullis, plane autem sustulimus, ubi unusquisque tiro sua sponte videre posset, unde verbum ductum aut compositum esset; in quibus addi etymologias, ut εὐποιέω esse ex εὖ et ποιέω, εὐπάσχω ex εὖ et πάσχω, &c. putidum sane et nimis puerile sit: eaque ratione tantum compendifecimus, ut cum tot millia vocabulorum, tot novæ significationes accesserint, tamen aliquot plagulis brevior sit hæc editio superiori. Atque etiam in altera parte deleri curavimus per idoneum virum ea, quæ nemo vel quærat, vel quærere debeat. Nam in eo genere nonnisi rara et difficilia debebant notari: vulgaria, et quæ quisque, formas declinationum et conjugationum rite tenens, ipse sua sponte adsequi possit, poni non modo inutile et supervacuum, sed etiam id quod usu didici, noxium est. Etenim ad ignaviam proniores, ut sunt plerique, libenter abutuntur ista ratione, putantes, hanc esse ad lectiones præparationem, quam vocant, si in tali libello quærant singula verba, et inde descripta recitent a magistris interrogati: qua stultitia committunt, ut nunquam recte percipiant teneantque conjugationum formas. Scr. Lipsiæ a. d. VIII. Kal. Sept. A. C. CIↃIↃCCLIV.

(*Alteram Partem, quam Syntheticam vocavit Hedericus, plane sublatam voluit Cl. Ernestus, totamque igitur illam partem intactam se fatetur reliquisse: sed et hanc etiam, tironum gratia, quibus non potest esse non necessaria, (saltem ut in optima olim schola mihi visum fuit) haud minus auctam ac locupletatam dedi.*)

T. M.

LEXI-

LEXICI

MANUALIS GRÆCI

PARS PRIMA.

Α, Vel α, prima litera Alphabeti Græci, quæ Ἄλφα dicitur, et nomen adepta est ab Hebræorum Aleph; (2) nota numeralis siguificans *unum*, et cum lineola inferne posita ͵α, *mille*; (3) in Apocalypsi Joan. 1, 8. eum notat qui omni principio prior atque antiquior est.

Α, in compositione est (1) στερητικὸν, *privativum*, ut ex α et βέβαιος, *stabilis*, fit ἀβέβαιος, *instabilis*: cum ν interjecto, (si vocabulum cui α præfigitur a vocali initium habet) Euphoniæ gr. ut ἄξιος, *dignus*; ἀνάξιος, *indignus*: ὄλβος, *divitiæ*; ἄνολβος, *pauper*. Quædam vero aliquando τῷ ν carent, ut ἄσοφος, ἄσικος, ἄοζος, ἄϋλος, &c. Quamplurima etiam mutant terminationem, ut ex ἡδὺς, ἀηδὴς; ex γραφὴ, ἄγραφος; ex φρὴν, ἄφρων; ex γνωμὴ, ἀγνώμων. Tale est et α quod ὀλίγον vel μικρὸν denotat, ut ἀφυὴς, i. e. μικροφυὴς, ab α et φυὴ, ἀμαθὴς, *indoctus*, vel parum doctus, ab α et μανθάνω; pro δυς etiam, ut ἄβατος, accessu difficilis: interdum etiam κακὸν siguificat, ut ἀνιηδὴς, ἄϋλος, ἄδωρα δῶρα, &c. (2) Ἐπιτατικὸν, *intensivum*, ut ἄϋλος, ap. *Hom.* (vid. voc.); ἀστυγὴς, i. e. πολυστυγὴς, ap. *Apoll.*; ἀχανὴς, in immensum hians, *Hes.* (3) Ἀθροιστικὸν, *collectivum*, ut ἄστας; et vicina significatione pro ἅμα vel ὁμῦ, ut ἀδιλφος, ἀκοιτις, ἄλοχος, &c. (4) Πλεοναστικὸν, *abundans*, *supervacaneum*, ut ἄσαχυς, ἀσιφοσὴ, ἀάσχιτος, &c.

Ἀ, Ah! ἄ, ἄ, Ah! ah! Vox admirantis, lamentantis: Ἄ, ἄ, vel ἄ, ἄ, Ha, ha, ridentis.

Ἄ, Ah! O! Oh! Ἄ, ἄ, Ah! ah! Oh! oh! Vox miserantis, admirantis.

Ἀ, nominat. sing. f. g. articuli præpos. *Dorice*, pro ἡ, a masculino ὁ.

Ἀ, *cui*, dativ. sing. f. g. artic. postpos. *Dorice*, pro ᾗ, ab ὅς, *qui*.

Ἀ, *quæ*, nom. vel acc. plur. n. g. articuli ejusd.

Ἀάατος, υ, ὁ ᾗ ἡ, (pen. comm.) valde noxius, *Od.* 22, 91. (ubi α ὑπερτερητικὸν, *Eustath.* sc. ab α priv. et ἄατος, *innoxius*.) (2) innoxius. Ab α priv. et ἄτη (vel ἄασθη), noxa. (Vid. *Thesaur. Græc. Poes.* et *Dawes*, p. 381.)

Ἀαγὴς, ἐος, ὁ ᾗ ἡ, *Od.* 11, 574, fractu difficilis, robustus, non fractus, firmus. Ex α priv. et ἄγω, *frango*.

Ἀαδὲς, (pro ἡδὲ, *Schrev*) *molestus fuit*, 3. sing. a. 2 ind. act. verbi

Ἀαδέω, ἀαδῆν, non placere, ingratum esse. (Ab α priv. et ἀδὴν, *placere*, *Steph.*) Exp. etiam (2) turbare, molestia afficere; (3) injuria affici, lædi, *Ern.* (4) inopia laborare; cibo abstinere, *Hes. Suid.* Ex α int. et ἀδέω, *tædio afficior*. Vel ab ἀηδὴν, ex α priv. et ἡδὺς, *jucundus*, (fit ab ἄαδα, *Laconice*, pro ἰνδία, *Steph.*)

ΑΑΖΩ, f. ἄσω, calidum halitum efflo, exhalo (ἀάζω, f. lædo, violo, *Dawes*, p. 183).

Ἀάθικτος, υ, ὁ ᾗ ἡ, incorruptibilis, damno non obnoxius. Ex α pleon. et ἄθικτος, *intactus*.

ΑΑΜΙΝΣ, θος, ἡ, instrumentum quoddam aucupatorium; venabulum.

Ἀανὴς, ἐος, ὁ ᾗ ἡ, qui perfici nequit. Ex α priv. et (ἄνω *Poet.* pro) ἀνύω, (ab ἄνη, *effectio operis*. At ἀάνης, ὁ, ἡ, qui efficere nil potest, *Ern.*)

Ἀάομαι, lædo, *Il.* 9, 116. Hinc ἀᾶται.

Ἄαπτος, υ, ὁ ᾗ ἡ, non tangendus, intactus, *Gl. V. Il.* 1, 567. (2) inaccessus, (ὅτις κίν τοι ἀάπτυς χεῖρας ἰφθίω, *Il.* 1, 567. *Odyss.* 22, 70) Ex α priv. et ἅπτομαι, *tango*. (3) illæsus, lædi nescius. Ex α int. vel (4) qui valde potest lædere. Ex α priv. et ἄπτω vel ἰάπτω.

Ἄασα, *læsi*, a. 1. ind. act. *Poet.* pro ἔσα.

Ἀασάμην, a. 1. ind. med. per *Dialys.* pro ἠσάμην, ab ἄω. (vel ἄτω. Verbum fictitium et abnorme, *Cl. ad Il.* 1, 116. sed vid. *Dawes*, p. 180.)

Ἀάσθην, *offensus sum*, a. 1. ind. pass. ab ἄω. νήκιστον ἀάσθη, *Hesiod. Oper. et Dies*, 283.

Ἄᾶσι, 3 pl. præs. ind. act. v. ἄημι.

Ἀάσκω, f. άσω, lædo, noceo, adficio damno. Ex α et ἀτάω, (*al.* ἄω, ἀάω, *Ern.*) idem.

Ἀασμὸς, οῦ, ὁ, halitus calidi efflatio, exhalatio. Ab ἀάζω, *halo*.

Ἀάστιτος, ον, immensus, *Callim.* si lectio sana. Ex α int. et ἄστιτος.

Ἀάσχιτος, υ, ὁ ᾗ ἡ, qui retineri nequit; (2) nemini cedens, *Il.* 5, 892; (3) intolerandus; Μητρός τοι μίνος ἐστὶν ἀάσχιτον, ὄν τιπτικτόν. *Il.* 5, 892; (4) insuperabilis. Ex α pleon. et ἄσχιτος, idem.

Ἄαται, 3. sing. præs. ind. pass. ἄαμαι (act. ἄημι). Καὶ κραταιές περ ἰὼν ἄαται πολίμοιο, *Hesiod. Scut. Herc.* 101.

Ἄατος, υ, ὁ ᾗ ἡ, innoxius. Ab α priv. (2) valde noxius. Ab α int. et ἄτη, *noxa*. (3) insatiabilis. Γύγης τ' ἄατος πολίμοιο, *Hesiod. Theog.* 714. Ab α priv. et ἄσαι, *satiasse*.

Ἀάτω, f. ἀσω, noceo, lædo. Ex α pleon. et ἄτω.

Ἄαζος, υ, ὁ ᾗ ἡ, mutus; (2) taciturnus, quietus. Ex α priv. et βάζω, *loquor*.

Ἀβάζω, f. σω, præclare ago.

Ἀβαὴς, ἐος, ὁ ᾗ ἡ, profunditate carens. Ex α priv. et βάθος, *profunditas*.

Ἄβαι, nom. plur. *Dor.* pro ἥβαι, ab ἥβη, *pubes*. ἐπὶ γὰρ ἄβαι, sunt enim teneræ. *Theocrit. Idyll.* 5, 109.

Ἀβακέω, f. ήσω, tileo, sc. ob ignorantiam; (2) ignoro, nescio. Οἱ δ' ἀβάκησαν πάντες, *Odyss.* 4, 249. Unde

Ἀβακήμων, ονος, ὁ ᾗ ἡ, mutus; (2) stultus.

Ἀβακίως, *adv.* placide, quiete. Ab

Ἀβακὴς, ἐος, ὁ ᾗ ἡ, taciturnus, mutus; (2) quietus, placidus. Ex α priv. et βάζω.

Ἀβάκησαν, a. 1. ind. act. v. ἀβακέω.

Ἀβακίζω, f. ἴσω, taceo; (2) quietus sum. Ὡς ἀφίλεια μεγίστη τῶν ἀβακιζομένων quod simplicitas sit maxima rerum placidarum. Inter *Frogm. Anacr.* p. 272, edit. Barnes.

Ἀβάκιον, υ, τὸ, abaculus, &c. Dim. ab ἄβαξ, q. v.

Ἀβακίσκος, υ, ὁ, tessella pavimenti, vel operis musivi. Ab eod.

Ἀβάκχευτος, υ, ὁ ᾗ ἡ, alienus a Baccho, i. e. tristis; Bacchi numinis expers, aut male bacchans, (vino carens, vid. *Thes. Gr. P.*) Ab α priv. et βακχεύω: sed et *valde bacchans*, ab α int. explicari posse ait Schol. ad *Eur. Or.* 319. ἀβάκχευτος Διάσος, festum dissimile Bacchico.

ΑΒΑΙΑΕ, *adv.* (antep. product.) utinam, *Hes.* (2) heu, phy! *Ep.*

ΑΒΑΞ, ακος, ὁ, acc. ἄβακα, abacus; (2) tabula mathematica, in qua lineæ atque figuræ describi solent; (3) tabula calculatoria; (4) tabula aleatoria; (5) tabula, s. mensa, cui vasa imponuntur. *Gl. V.* abacus, armarium.

Ἄβαξ, ακος, ὁ ᾗ ἡ, id. quod ἀβακὴς, *Eustath.*

Ἀβάπτιστον, υ, τὸ, terebella, instrumentum medicorum. Ex α priv. et βαπτίζω.

Ἀβάπτιστος, υ, ὁ ᾗ ἡ, immersabilis, qui mergi non potest, vel non mergitur; (2) non baptizatus. Ex iisd.

Ἄβαπτος, υ, ὁ ᾗ ἡ, intinctus; (2) cujus acies durata non est. Ex α priv. et βάπτω, *tingo*.

ΑΒΑΡ, αρος, τὸ, placentæ genus.

Ἀβαρὴς, ἐος, ὁ ᾗ ἡ, non onerosus. *Met.* non molestus. Ex α priv. et βάρος, *onus*.

Ἄβαρις, ιος, ἡ, continentis habitator. Ex α priv. et βάρις, *navis*, adeoque proprie, cui non est navis.

Ἄβας, *pubis*, gen. sing. *Dor.* pro ἥβης, ab ἥβη.

'Αβάσαι, *præclare egisse*, a. 1. infin. act. verbi ἀβάζω, *præclare ago*.

'Αβασάνιστος, η, ὁ ἡ ἡ, inexploratus, non examinatus, non spectatus, non tortus, *Hes.* (2) expers doloris. Ex α priv. et βασανίζω.

'Αβασανίστως, *adv.* temere, re non examinata.

'Αβασίλευτος, η, ὁ ἡ ἡ, rege carens, regi non subditus. Ex α priv. et βασιλεύω.

'Αβάσκανος, η, ὁ ἡ ἡ, invidia vacuus, non invidens; (2) non mendax, verus. Ex α priv. et βασκαίνω.

'Αβάσκαντον, η, τὸ, fascini amuletum. Ex iisd.

'Αβάσκαντος, η, ὁ ἡ ἡ, invidia carens, ab invidia tutus. *Gl. V.* infascinabilis. Ex iisd.

'Αβασκάντως, *adv.* citra invidiam. *Gl. V.* sine fascino, infascinate, præfiscine.

Αβασκάντως, idem.

Αβάσκαντος, η, ὁ ἡ ἡ, q. d. importabilis, portatu impossibilis. Ex α priv. et βαστάζω, *porto*.

'Αβατᾶς, *Dor.* pro ἡβητής, puber. Παῖδα τὸν ἀβατᾶν 'Ακτωίονα, *Callim. Lav. Pall.* 108.

ABATON, η, τὸ, adytum. Ab

"Αβατος, η, ὁ ἡ ἡ, invius, accessu vel aditu difficilis; (2) sacer, non adeundus; (3) desertus, desolatus; (4) παρθένια ἄβατα; sic et ἵππος ἄβατος, sc. quæ non conscenduntur, *Lucian.* Ex α priv. et βαίνω. Hinc

'Αβατόω, ῶ, f. ώσω, desertum reddo.

"Αβαφος, η, ὁ ἡ ἡ, non tinctus. Ex βάπτω.

'ΑΒΒΑ, pater. Nomen Syr. indecl.

"Αββαλε, 3. sing. a. 2. ind. act. *Poet.* pro ἀπέβαλε, vel ἀνέβαλε· ab ἀποβάλλω, vel ἀναβάλλω.

'Αβδίλυκτος, η, ὁ ἡ ἡ, non exsecrabilis.

'Αβέβαιος, η, ὁ ἡ ἡ, inconstans, qui facile mutatur, instabilis, infirmus.

'Αβεβαιότης, ητος, ἡ, infirmitas. *Gl. V.* instabilitas.

'Αβεβαίως, *adv.* inconstanter.

'Αβέβηλος, η, ὁ ἡ ἡ, non profanus, sacer, sacrosanctus, de loco quem non fas est adire.

'Αβελτερία, ας, ἡ, stultitia, amentia, insipientia, vesania. Vel 'Αβελτηρία, vecordia. *Gl. V.* ruditas. Ab ἄβέλτερος.

'Αβελτεροπόκκυξ, γος, ὁ ἡ ἡ, *verbum comicum*, stultus; (2) vanus. Ex ἄβέλτερος et πόκκυξ, *cuculus*.

'Αβέλτερος, η, ὁ ἡ ἡ, stultus, insipiens, vecors, melius non cognoscens. *Gl. V.* stolidus.

'Αβέρβελος, η, ὁ ἡ ἡ, incompositus, inanis, vel idem quod 'Αβύρβηλος, *Hes. Suid.*

'Αβίαστος, η, ὁ ἡ ἡ, non coactus, sine violentia. Hinc τὸ ἀβίαστον, η, libertas. Ex α priv. et βιάζω, *cogo*.

'Αβιάστως, *adv.* sine violentia, libere, non coacte. A præc.

"Αβιος, η, ὁ ἡ ἡ, cui non suppetit victus. Ex α priv. et βίος, i. e. βίοτος, *victus*. (2) dives. Ex α int. (3) longævus. Ex α int. et βίος, *vita*. (4) inermis. Ex α priv. et βιὴ, *arcus*. (5) valde robustus. Ex α int. et βία, *vis*. (6) non violentus, non injurius. (1) vel (2) *Il.* 13, 6. incertum quo sensu acceperit Poeta: ejus temporibus, credo, nihil ambigui fuisse.

'Αβίωτος, η, ὁ ἡ ἡ, non vitalis, sine vita; (2) malus, injucundus, molestus: ἀβίωτον et ἀβίωτα, *pl.* vita non vitalis, i. e. misera.

'Αβιώτως, *adv.* cum tædio vitæ.

'Αβλάβεια, ας, ἡ, incolumitas; (2) innocentia. Ἐπ' ἀβλαβείῃσι νόοιο, *Hom. Hymn. in Merc.* 393. Ab ἀβλαβής.

'Αβλαβίως, et 'Αβλαβῶς, *adv.* innoxie; *pass.* citra noxam, illæse. 'Αβλαβίως ἀτὸ ποσσὶν ἰδήσατο, absque damno sub pedibus ligavit. *Hom. Hymn. in Merc.* 83. Ab

'Αβλαβής, ἐος, ὁ ἡ ἡ, innoxius, innocuus, non nocens; (2) noxæ expers, illæsus. Ex α priv. et βλάπτω.

"Αβλαπτος, η, ὁ ἡ ἡ, noxæ expers; (2) innocuus. Ex iisd.

'Αβλαστέω, ῶ, f. ήσω, male germino, non succresco. Ex α priv. et βλαστέω, seu βλαστάνω.

'Αβλαστής, ἐος, ὁ ἡ ἡ, male germinans, infecundus. Ex iisd.

"Αβλαστος, η, ὁ ἡ ἡ, idem et ex iisdem.

'Αβλαύτοις, sine soleis, discalceatus. 'Αβλαύτοισι πόδεσσιν ἀν' οὔρεα πάντ' ἀλάλησαι, *Opp. Cyn.* 4, 369.

'Αβλεμὴς, ἐος, ὁ ἡ ἡ, audacia carens, imbellis, iners. Ex α priv. et βλιμαίνω, a βλῖμμα, *Eustath.* (vid. *Thes. Gr. P.*) Hinc

'Αβλεμίως, *adv.* imbeciliter, ignave, *al.* negligenter. Sed et pro ἀμειλίως, *E. M. Suid.* ab ἀμειλὴς. q. v.

'Αβλητὴς, ἐος, ὁ ἡ ἡ, despectus, vilis, indignus qui videatur. Ex α priv. et βλέπω, *video*.

'Αβλιττέω, f. ήσω, non video, conniveo, cæcutio; (2) pecco. Ex iisd. Hinc

'Αβλίττημα, ατος, τὸ, peccatum, erratum.

'Αβλιψία, ας, ἡ, cæcitas; (2) inconsiderantia.

'Αβλὴς, ῆτος, ὁ ἡ ἡ, nondum jactus, *Il.* 4, 117. (male jactus, *E. M.*) Ex α priv. et βάλλω, *jacio*.

"Αβλητος, η, ὁ ἡ ἡ, nondum missus, nondum jactus; (2) non ictus, non vulneratus, illæsus, *Il.* 4, 540. Ex iisd.

'Αβληχὴς, ὶς, ubi nulli sunt balatus, *Ep.* Ex α priv. et βληχή.

"Αβληχρος, η, ὁ ἡ ἡ, al. ἀβληχρὸς, ρὰ, ρὸν, debilis, infirmus; (2) fortis. Ex α priv. vel pleon. et βληχρὸς, *debilis*.

'Αβλίμαστος, ὁ ἡ ἡ, intactus. Ab α priv. et βλιμάζω, *premo*.

'Αβλόει, *sacrifica*, 2. sing. præs. imper. act. *contract.* pro ἀβλόεις, a verbo ἀβλοέω.

'Αβοηθησία, ας, ἡ, auxilii defectus. Ex α priv. et βοηθέω, *auxilior*.

'Αβοήθητος, η, ὁ ἡ ἡ, auxilio destitutus; (2) remedio carens, immedicabilis. Ex iisd.

'Αβοητὶ, *adv.* sine clamore, sine pugna. Ab α priv. et βοή.

'Αβόητος, ον, ubi nullus est clamor, vel sine pugna, *Nonn.* Ex α et βοή.

'Αβολέω, occurro. Ὡς τ' ἀβόλησαν Λητοΐδῃ κατὰ νῆσον, *Apoll. Rhod.* 11, 770.

'Αβόλησα, a. 1. ind. act. *Ion.* pro ἠβόλησα, a verbo ἀβολέω, *occurro*.

'Αβολήτωρ, ορος, ὁ, qui occurrit seu convenit, *E. M.* Ab ἀβολέω.

"Αβολος, η, ὁ ἡ ἡ, (pullus equinus) qui nondum amisit dentes ætatis indices. Ex α priv. et βάλλω, *jacio*.

"Αβοτος, η, ὁ ἡ ἡ, pascuis carens, non pastus. Ex α priv. et βόσκω, *pasco*.

'Αβωκόλητος, η, ὁ ἡ ἡ, injucundus, (vid. *Thes. Gr. P.*) fastidiosus, repudiandus, *Ern.* Ex α priv. et βωκολέω, *demulceo*.

'Αβουλεὶ, *adv.* inconsulte, temere.

'Αβουλεύτως, *adv.* inconsulto, sine deliberatione. Ex α priv. et βουλεύω, *consulto*.

'Αβουλέω, f. ήσω, nolo; (2) non consulto. Ex α priv. et βουλή.

'Αβουλὴς, ἐος, ὁ ἡ ἡ, nolens, invitus; (2) inconsultus. Ex α priv. et βούλομαι, vel βουλή.

'Αβουλησία, ας ἡ, nolentia. Ex α priv. et βούλομαι. Potius ex ἀβουλέω. Et hinc

'Αβούλητος, η, ὁ ἡ ἡ, invitus, non voluntarius; (2) quem nolumus, qui nobis invitis accedit.

'Αβουλήτως, *adv.* involuntarie, præter voluntatem; (2) fortuito.

'Αβουλία, ας, ἡ, consilii inopia; (2) temeritas, imprudentia; (3) amentia, stultitia; (4) consilii pravitas. Ex α priv. et βουλή.

"Αβουλος, η, ὁ ἡ ἡ, consilii expers; (2) stultus. *Gl. V.* incogitans, inconsultus, id. quod δύβουλος, *Soph.*—vel κακίβουλος, *Thucyd.*

'Αβουλότατα, *adv.* inconsultissime, inconsideratissime, *Herodot.*

'Αβούλως, *adv.* temere, imperite, male, inconsulte, sine ratione. Ab ἄβουλος.

'Αβύτιω, gen. sing. *Ion.* pro ἀβύτου, ab

'Αβύτης, υ, ὁ, bobus carens. Ex α et βῦς, *bos*: *al.* egenus. Κραδίην δ' ἴδαχ' ἀνδρὸς ἀβύτιω, *Hesiod. Oper. et Dies*, 449 et 451. Ex α priv. et βοτὸν, *pecus. E. M.*

"ΑΒΡΑ, vel ἄβρα, ας, ἡ, ancilla honestior, pedissequa.

'Αβρήκησαν, *senuerunt*, 3. pl. a. 1. ind. act. *Ion.* pro ἠβρήκησαν, ab ἀβρηκέω.

"Αβρηχι, 3. sing. imperf. ind. act. *Ion.* pro ἄβρηχι, ab ἀβρήχω, *sono*.

"Αβρικτος, η, ὁ ἡ ἡ, non madefactus, ubi non pluit. Ex α priv. et βρέχω.

'Αβρίζομαι, delicato cultu utor, delicate me orno. Ab ἁβρός.

'Αβρίζω, f. ίξω, mox a cibo dormito; (2) dormito. Ex α int. et βρίζω.

'Αβριθὴς, ἐος, ὁ ἡ ἡ, sine pondere, levis. Ex α priv. et βρίθω, *sum gravis*.

'Αβρίξαι, a. 1. inf. act. v. ἀβρίζω. Unde

"Αβριχτος, η, ὁ ἡ ἡ, insomnis, vigil; (2) surdaster, ex parte tantum audiens.

'Αβροβάτης, η, ὁ, molli incessu utens. Ex ἁβρὸς et βαίνω.

'Αβρόβιος, ὁ ἡ ἡ, qui mollioris vitæ est, delicatus: ἀβροβίων 'Αράβων γένος, *Dionys.* 968.

'Αβρογόης, η, ὁ ἡ ἡ, molles gemitus edens. *Æschyl. Pers.* 541.

'Αβροδάκις, ὁ, idem quod ἁβροδιαίτος, *Ath.*

'Αβροδιαιτάομαι, ῶμαι, vitam mollem et delicatam ago. Ex ἁβρὸς et δίαιτα.

'Αβροδίαιτος, η, ὁ ἡ ἡ, molliter et delicate vivens. *Gl. V.* ἁβροδίαιτον, delicatum.

'Αβροείμων, ονος, ὁ ἡ ἡ, delicate vestitus. Ex ἁβρὸς et εἶμα, *vestis*.

'Αβρόκαρπος, η, ὁ ἡ ἡ, molles et delicatos fructus ferens.

'Αβροκομάω, f. ήσω, capillos orno; (2) molli coma sum; (3) deliciosus sum. Ex κόμη.

'Αβροκόμης, *Dor.* ἁβροκόμας, η, ὁ, qui molli et delicata coma est. Ex iisd.

'Αβρόκομος, η, ὁ ἡ ἡ, idem et ex iisd. *Suid.*

'Αβρομία, ας, ἡ, tenebræ. Ab ἄβρομος, quia tenebræ strepitu carent.

'Αβρόμιος, η, ὁ ἡ ἡ, abstinens a vino, abstemius.

"Αβρομος, η, ὁ ἡ ἡ, strepitum magnum edens, tumultuosus, *Il.* 13, 41. Ex α int. et βρόμος, *strepitus*.

'Αβρόπτητος, η, ὁ ἡ ἡ, molli et subtili stamine contextus. Ex ἁβρὸς et πήνη, *Ern.* πῆνος, tela, *Hes.*

'Αβρόπλυτος, η, ὁ ἡ ἡ, molli et opulento ornatu condecoratus.

'Αβρὸς, ὰ, ὸν, mollis, delicatus; (2) lautus; (3) festivus; (4) gravitatem præ se ferens.

'Αβροσαγὴς, ἐος, ὁ ἡ ἡ, mollitie diffluens. Ex ἁβρὸς et σάζω, *stillo*.

'Αβροσύνη, ης, ἡ, mollities, deliciæ, luxus; (2) splendor, nitor. Ab ἁβρός.

'Αβροτάζω, f. άσω, noctu vagor; (2) aberro, *Il.* 10, 56. Ab ἀβρότη, *nox*.

'Αβροτέω, nocte occurro; (2) pecco. Ab eod.

'ΑΒΡΟΤΗ, ης, ἡ, nox, aliquando cum nomine νὺξ, (*Il.* 14, 78.) Quasi ex α priv. et βροτὸς, *homo*, quia noctu homines latent, et nox illis quasi favet.

'Αβροτήμων, ονος, ὁ, peccator. Ab ἀβροτέω.

'Αβρότης, ητος, ἡ, mollities. Ab ἁβρός.

'Αβρότιμος, ὁ ἡ ἡ, delicatus, pretiosus. Ex ἁβρὸς et τιμὴ, *decus, pretium*.

'Αβροτόνινος, ίνη, ινον, confectus ex abrotono.

'Αβροτονίτης, η, ὁ, ut ἀβροτονίτης οἶνος, vinum abrotonites. Ab

'ΑΒΡΟΤΟΝΟΝ, υ, τὸ, abrotonum, genus herbæ perpetuo virentis. *Angl.* SOUTHERNWOOD.

"Αβροτος, η, ὁ ἡ ἡ, immortalis, incorruptus, divinus, *Hom.*—carens mortalibus, *Æsch.*—sensu non præditus, *Suid.*—inhumanus, *Hes.*

'Αβροχαίτης, η, ὁ, *Dor.* ἁβροχαίτας, qui tenera et molli coma est. Ex ἁβρὸς et χαίτη.

'Αβροχία, ας, ἡ, siccitas, pluviæ defectus.

'Αβροχίτων, ωνος, ὁ ἡ ἡ, molli tunica indutus.

"Αβροχος, η, ὁ ἡ ἡ, immadidus, non madefactus, ubi non pluit, siccus. "Ετι δ' ἄβροχος ἦεν ἅπασα 'Αρκαδίη, *Call. in Jov.* 19. Ex α priv. et βρέχω, *madefacio*.

'Αβρόχως, *adv.* sine pluvia.

'ΑΒΡΥΝΑ, vel ἄβρυνα, ων, τὰ, mora. (f. ab ἁβρὸς, *Steph.*)

'Αβρύνω, ἀβρύνομαι, ornor, deliciis indulgeo, nitesco, cultum mihi comparo, glorior, insolesco. Ab ἁβρὸς.

"Αβρωμος, ὁ ἡ ἡ, sine fœtore, sine salsugine.

'Αβρῶς, *adv.* molliter, delicate.

'Αβρὼς, ῶτος, ὁ ἡ ἡ, idem quod

"Αβρωτος, η, ὁ ἡ ἡ, non voratus, non exesus; (2) cariem non sentiens; (3) esui ineptus.

Gl. V. ἄζωστον, irrosum, inesum. Ex α priv. et βρώσκω, voro, edo.

"Αβυθος, ου, ὁ ἡ, idem quod

"Αβυσσος, *adj.* fundo carens; ut passim usurpatur. Sed et substantive abyssus, infinitæ profunditatis vorago; (2) in sacris, gehenna, infernus; (3) *Trop.* adfluentia rerum. Ex α priv. et βυσσός, *Ion.* pro βυθός.

'ΑΒΥ'ΡΒΗΛΟΣ, ου, ὁ ἡ, multus, magnus, satietatem adferens; (2) impudens, invisus, *Hes. Scut.* 'Αζύρζηλον, *E. M.*

'Αζυρτάκη, ἡ, barbarium ἐπίσριμμα, et edulium, *Alex. ap. Athen.* Hinc

'Αζυρταχοποιός, ὁ ἡ, qui vel quæ conficit ἀζυρτάκην, *Demetr.*

'Αζυσσοτόκος, ον, abyssum habens seu pariens, *Cyr.*

'Αγάασθαι, præs. inf. med. *Poet.* pro ἄγασθαι, ab ἄγαμαι.

'Αγάγαε, *qui duxit*, a. 2. part. act. *Ion.* pro ἀγαγών, et hoc *Att.* pro ἀγών, ab ἄγω.

'Αγαγεῖν, *duxisse*, a. 2. inf. act. *Dor.* pro ἀγαγεῖν, et hoc *Att.* pro ἀγεῖν.

'Αγάγετε, 2. pl. a. 2. imper. act. *Att.* pro ἄγετε.

'Αγάγοι, 3. sing. a. 2. opt. act. *Att.* pro ἄγοι.

'Αγαγῶ, *ducam*, f. 2. ind. act. *Att.* pro ἀγῶ.

'Αγάζηλος, ου, ὁ ἡ ἡ, invidus; (2) qui valde æmulatur, *Steph.* Ex ἄγαν et ζῆλος.

'Αγάζομαι, admiror, suspicio; (2) veneror; (3) indignor, succenseo, *Il.* 14, 111. (4) invideo. 'Αγάζομαι σῦ τὸ φρόνημα, σὲ τῦ φρονήματος, ἀνδρὸς ἀρετῆς, ἀγασθεὶς τοῖς λόγοις. Ab ἀγάω.

'Αγαθαρχία, ας, ἡ, boni principium. Ex ἀγαθὸς et ἀρχὴ, *principium.*

'Αγάθειος, *Pind.* p. 9. Vid. ἠγάθειος.

'Αγαθιωρέω, ῶ, admirabundus intueor. Ex ἄγαν.

'Αγαθίζομαι, bona dico, bonis omnibus prosequor. Ab ἀγαθὸς, *bonus.*

'Αγαθικὸς, ἡ, ὸν, probus; (2) recte et cum virtute factus. Ab eod.

'ΑΓΑΘΙ'Σ, ίδος, ἡ, glomus.

'Αγαθοδότης, ου, ὁ, bonorum dator. (Et 'Αγαθοδότις, ἡ, fem. *Steph.*)

'Αγαθοεργέω, benefacio, bene ago. Ex ἔργον.

'Αγαθοεργία, ας, ἡ, beneficentia. Ex iisd.

'Αγαθοεργοὶ, qui ex equitibus exibant quinque quot annis apud Spartiatas, *Hes.* vel ut *Suidas*, illi qui ex ephoris deligebantur strenuitatis ergo. 'Ες ὃ δὴ Λίχης τῶν ἀγαθοεργῶν καλουμένων Σπαρτιητίων ἀνίησι, *Herodot.* 1, 67.

'Αγαθοεργὸς, ὸν, beneficus, bene meritus.

'Αγαθόλιμα, ας, ἡ, bonorum electio, sive voluntas, adfectus eligendi bona, *Suid.* Ex θέλω.

'Αγαθοποιέω, f. ήσω, bene recteque ago; (2) beneficio adficio; (3) prosum.

'Αγαθοποΐα, ας, ἡ, beneficentia, boni efficientia; (2) beneficiorum collatio; (3) benefactum. Ab

'Αγαθοποιὸς, ὸν, ὁ ἡ ἡ, bonum vel bona efficiens; (2) munificus, beneficus. Ex ποιέω.

'Αγαθοπρεπὴς, ἐος, ὁ ἡ ἡ, bonos decens; (2) beneficus. Ex ἀγαθὸς et πρέπω.

'Αγαθοπρεπῶς, ut bonum decet; (2) benigne.

'Αγαθόρρυτος, ον, pure fluens. Ex ἀγαθὸς et ῥέω, *Synes.*

'ΑΓΑΘΟ'Σ, ὴ, ὸν, bonus, probus; (2) fortis, strenuus; (3) prudens; (4) præstans, excellens; (5) peritus alicujus rei; (6) utilis; (7) faustus, secundus, felix; (8) lautus, opiparus; (9) benevolus; (10) frugifer; (11) purus; (12) dives; (13) servit et ironiæ in allocutionibus. 'Αγαθὸν, ῦ, τὸ, bonum; (2) commodum, emolumentum; (3) hinc formula ἐπ' ἀγαθῷ, auspicato, item bono consilio; (4) ap. *Scriptores Eccl.* S. Cœna. 'Αγαθὰ, τὰ, divitiæ, opes; (2) res secundæ; (3) virtutes. Hinc

'Αγαθοσύνη, ης, ἡ, bonitas, *Gl. V.* adfectus ad benefaciendum proximo, *N. T.*

'Αγαθοτέλεια, ας, ἡ, boni efficientia, boni perfectio. Ab

'Αγαθοτελὴς, ἐος, ὁ ἡ ἡ, boni efficiens; (2) perfecte bonus. Ex ἀγαθὸς et τέλος.

'Αγαθότης, ητος, ἡ, bonitas, probitas, benevolentia. Ab ἀγαθός.

'Αγαθουργέω, ῶ, f. ήσω, beneficio. Ab ἀγαθουργός.

'Αγαθουργὴς, beneficus. Ex ἀγαθὸς et ἔργον.

'Αγαθουργία, ας, ἡ, *Ion.* ἀγαθουργίη, beneficentia; (2) bonum opus.

'Αγαθουργικὸς, ὴ, ὸν, beneficus, benignus.

'Αγαθουργὸς, ὸν, ὁ ἡ ἡ, beneficus, benignus.

'Αγαθοφυὴς, ἐος, ὁ ἡ ἡ, natura seu indole bonus. Ex ἀγαθὸς et φυή. Hinc

'Αγαθοφυΐα, ας, ἡ, bonitas a natura proveniens.

'Αγαθυβίης, *gavisus*, a. 1. part. pass. verbi

'Αγαθύνω, f. υνῶ, benefacio, bonum efficio; (2) beneficio adficio; (3) exhilaro; et ἀγαθύνομαι, bene adfectus sum.

'Αγαθῶς, *adv.* bene; (2) utiliter; (3) valide.

'Αγαθώτατος, *optimus*, ab ἀγαθὸς.

'Αγαίεται, 3. sing. præs. med. v. ἀγαίομαι.

'Αγαῖος, αία, αῖον, admirabilis; (2) invidiosus. *Gl. V.* invidus; (3) elegans. Ab ἀγάω, *demiror*, (potius ab ἄγη, *E. M.*)

'Αγαίω, et quod usitatius, ἀγαίομαι, admiror; ἀγαιόμενος προσίωσιν, mirabundus, *Apoll. Rhod.* 1, 899; (2) obstupefacio, perterrefacio; (3) succenseo, indignor. Τῷ δή τοι Ζεὺς αὐτὸς ἀγαίεται, irascitur, *Hesiod. Oper. et Dies*, 331; (4) invideo. Ab ἀγάω.

'ΑΓΑΙ'ΩΝ, ονος, ὁ, Sol. *V. L.*

'Αγακλεὴς, ἐος, ὁ ἡ ἡ, valde gloriosus, percelebris. Ex ἄγαν et κλέος, *gloria.* Hinc

'Αγακλειτὸς, ὴ, ὸν, valde celebris, præclarus, inclytus, *Il.* 2, 564.

'Αγακλεῶς, studio gloriæ, *Ern.* celeberrime, valde gloriose, *Hipp.*

'Αγακλὴς, ἐσσα, ἐν· vide ἀγακλεὴς, *Apoll.*

'Αγακλυτὸς, ὴ, ὸν, percelebris, inclytus.

'Αγακτίζω, bene condo, perf. part. ἀγακτισμένη (vel ἀγακτιμένη) πόλις, urbs pulchre extructa, *Pind. Pyth.* 5, 107. Ex ἄγαν et κτίζω.

'Αγάλακτις, ωνος, οἱ, collactanei, sc. qui idem lac suxerunt; (2) consanguinei; (3) æquales, ætate pares; (4) simul educati; (5) fratres; (6) sacrorum gentilitiorum participes; (7) lacte carentes. Οὐδ' ἀγάλακτις ὅτις, οὐδ' ἄκυος, neque sine lacte oves, aut steriles fuerint, *Call. in Apoll.* 52. Sing. ἀγάλαξ reperitur in *Hesychio.* Ex α notante ὁμῦ et γάλα, *lac.*

'Αγαλακτία, ας, ἡ, lactis penuria; (2) lactis abundantia. Ex α priv. vel int. et γάλα.

'Αγάλακτος, ου, ὁ ἡ ἡ, lacte carens; (2) collactaneus, *Ern.* Idem quod ἀγάλαξ. vide supra in ἀγάλακτις. "Εθρεψιν δὲ λέοντα σίνιν δόμοις ἀγάλακτον, leonem educavit exitialem ædibus lacte nutritum, *Æschyl. Agam.* 726. Ex iisd.

'Αγαλακτοσύνη, ης, ἡ, cognatio, qu. lactis communicatio; (2) lactis inopia. Ab α i. e. ὁμῦ, vel α priv. *Ern.*

'Αγαλίος, vide ἠγαλίος, *E. M.*

'Αγαλλητὸν, ῦ, τὸ, delectabile; (2) admirabile. Ab ἀγάλλω.

'Αγαλλίαμα, ατος, τὸ, exsultatio præ gaudio magno, *Ph.* exultatio, al. *Gl. V.* jubilum. Ab ἀγαλλιάομαι.

'Αγαλλιᾶσθε, *exultate*, 2. pl. præs. imperat. med. *contr.* pro ἀγαλλιάισθε, ab ἀγαλλιάω.

'Αγαλλίασις, ιως, ἡ, exultatio, lætitia, *N. T.*

'Αγαλλιάω, ῶ, et frequentius ἀγαλλιάομαι, ῶμαι, f. άσομαι, exsulto, gestio, tripudio. *Gl. V.* ἀγαλλιῶμαι, jubilo. Ab ἀγάλλω.

'ΑΓΑ'ΛΛΟΧΟΝ, ου, τὸ, lignum Indicum, odoratum et gustu austeriori, *Diosc.*

'ΑΓΑ'ΛΛΩ, f. αλῶ, orno, insignio, facio delectabile; et ἀγάλλομαι, glorior, oblecto me aliqua re, gaudeo, gestio, exsulto: a. 1. inf. ἀγῆλαι, decorare.

"Αγαλμα, ματος, τὸ, ornamentum, oblectamentum; (2) simulacrum, statua, imago, *Il.* 4, 144. (3) res ornata, ut victima sertis, auro ornata; (4) simulacrum dei. Βασιλῆι δίκιῖται ἄγαλμα, regi vero est repositum deliciis, *Il.* 4, 144; (5) deliberis, ἄγαλμα ματρὸς, de filia, *Eurip. Sup.* 1154. Νηρίων ἀγάλματα, Nerei quinquaginta filiæ. *Id. Iph. in Tauris*, 273. Καδμείας νύμφας ἄγαλμα καὶ Διὸς γόνος, Cadmeæ decus o puellæ et Jovis soboles, *Soph. Antig.* 1115. Εἰ γὰρ ματέρος ἄγαλμα φόνιον ἀξίλοι, utinam auferat meos filios occisos, *Eurip. Suppl.* 369, 370; *Il.* 4, 144. Ἱερὸν ἄγαλμα Κύπριδος, *Call. in Delum*, 307. *Id. in Lav. Pall.* 39. *Epig.* 35, 1. Ab ἀγάλλω.

'Αγαλμάτιον, ου, τὸ, simulacrum parvum, imaguncula, statua parva. Dim. ab ἄγαλμα.

'Αγαλματογλύφος, ου, ὁ, marmorarius, *Ph.* sculptor. Ab ἄγαλμα et γλύπτω, *sculpo.*

'Αγαλματοποιέω, ῶ, statuas conficio. Hinc

'Αγαλματοποιητικὸς, ὴ, ὸν, conficiens statuas. Hinc ἡ ἀγαλματοποιητικὴ, ῆς, sc. τέχνη, ars statuaria, seu conficiendi statuas.

'Αγαλματοποΐα, ας, ἡ, simulacrorum confectio, *Ern.* Ab

'Αγαλματοποιὸς, ὸν, ὁ ἡ ἡ, statuarum et simulacrorum fabricator, statuarius. *Gl. V.* fictor simulacri, sigillarius.

'Αγαλματουργία, ας, ἡ, ars statuaria, seu conficiendi statuas et simulacra. Hinc

'Αγαλματουργικὸς, ὴ, ὸν, conficiens statuas, vel pertinens ad confectionem statuarum. Ab

'Αγαλματουργὸς, ὸν, ὁ ἡ ἡ, statuarius. Ex ἔργον.

'Αγαλματοφορέομαι, οῦμαι, quasi simulacrum gestor, in animo circumferor. Exp. etiam decorari, insigniri, *Hes.*

'Αγαλματόω, ῶ, f. ώσω, in simulacrum verto; (2) simulacrum facio. Ab ἄγαλμα.

'Αγαλματωτὴς, ὶς, idem quod ἀγαλματοποιὸς, *Maneth.* Ex ἄγαλμα et τύπτω.

"Αγαμαι, admiror, *Il.* 3, 180. (2) probo, laudo. aor. 1. ἠγασσήν. part. ἀγασθεὶς, admiratus. "Αγαμαί σε τόσσε, σὺ τόσσε, τῆς ἀρετῆς. Ab ἀγάω.

'Αγαμένως, *adv.* mirabiliter, mirifice, cum admiratione. Ab ἄγαμαι· part. ἀγαμένος.

'Αγάμητος, ου, ὁ ἡ ἡ, cælebs, nuptiarum expers. Ex α priv. et γαμέω, *nubo.*

'Αγαμία, ας, ἡ, cælibatus. Ab ἄγαμος.

'Αγάμιον, ου, τὸ· ἀγαμίᾳ δίκη, crimen cælibatus, id. et ab eod.

"Αγαμος, ου, ὁ ἡ ἡ, cælebs, qui uxorem non duxit, vel quæ non nupsit, *Ph.* cælebs, *Il.* 3, 40. (2) viduus, qui uxore mortua factus est cælebs. γάμος ἄγαμος, nuptiæ quæ non sunt nuptiæ, id est, nuptiæ nefariæ, vel infaustæ, inauspicatæ, *Soph. Œd. Tyr.* 1214.

'ΑΓΑΝ, *adv.* nimis, immodice, nimium, valde, (aliquando nominis adjectivi formam induit cum articulo, ut τὸν ἄγαν φίδον, *Plut.*) ἐ καλὸν αὐτὸν ἔφαν, ἐ γὰρ ἄγαν ἰδέσθαι, non pulchrum eum dixi: neque multum mihi esse visus est, *Call. Epig.* 47, 2.

'ΑΓΑΝΑΚΤΕ'Ω, ῶ, f. ήσω, indignor, stomachor, ægre fero, conqueror, succenseo, excandesco, ringor. 'Αγανακτῶν τινι, πρός τινα, κατά τινος. Hinc

'Αγανάκτησις, ιως, ἡ, indignatio, stomachatio.

'Αγανάκτητος, ὴ, ὸν, indigne ferendus. Ab eod.

'Αγανακτικὸς, ὴ, ὸν, querulus, qui facile queritur et ægre fert casus incommodos. Ab eod.

'Αγανακτικῶς, irate, ægre.

'Αγανὴς, ἐος, ὁ ἡ ἡ, mitis, lenis, placidus, comis. Ex α int. et γάνος, *lætitia.*

'Αγανῆσι, *Ion.* pro ἀγαναῖς, ab ἀγανός.

'Αγάννιφος, ου, ὁ ἡ ἡ, valde nivosus, nivalis, *Il.* 1, 419. Ex ἄγαν et νίφομαι.

'Αγανοβλέφαρος, ου, ὁ ἡ ἡ, blandos habens oculos. Ex ἀγανὸς et βλέφαρα, *palpebræ.*

'Αγάνορας, acc. pl. *Dor.* pro ἀγήνορας.

"Αγανος, fractus, vel qui facile frangitur, *Suid.* Ab ἄγω, *frango.*

'Αγανὸς, ὴ, ὸν, mitis, placidus, blandus, *Il.* 2, 164. (2) desiderabilis. Ex α int. et γάνος.

'Αγανοφροσύνη, ης, ἡ, comitas, mansuetudo, lenitas, jucunditas, *Il.* 24, 471. Ab

'Αγανόφρων, ονος, ὁ ἡ ἡ, mitis, blandus, mansuetus, placidus, *Il.* 20, 467. Ex φρήν.

'Αγανώπης, ου, ὁ, qui blandis est oculis. Ex ἀγανὸς et ὤψ. Hinc

'Αγανῶπις, ιδος, ἡ, placidum adspectum habens, blando adspectu intuens.

'Αγάνωρ, *Dor.* pro ἀγήνωρ, strenuus.

'Αγαπάζοντι, *Dor.* pro ἀγαπάζουσι, ab

'Αγαπάζω, amo, comiter excipio, amplexor; (2) curo, condo, *de funere.* Ab

'ΑΓΑΠΑ'Ω, f. ήσω, amo, diligo; (2) amice et

hilare excipio; (3) osculor; (4) præfero; (5) contentus sum, adquiesco, probo. Ἠγάπα, εἰ δύναιτο τὴν χώραν ἀδήωτον διαφυλάττειν. *Xenoph. Hist.* 3. contentus erat si modo regionem a direptione immunem servare posset. ἀγάπησον, dilige, *Ph.* a. 1. act. ἀγαπηθείς, dilectus, *Ph.* a. 1. part. pass ἠγαπήμενος, dilectus, *Ph.* dilectissimus, pert. part. pass. Ἀγαπᾷν τὰ χρήματα, τὶ αντὶ, seu πρὸ ἐκείνου, μᾶλλον ἤ, præferre; τοῖς παροῦσι, sorte contentus esse.

Ἀγαπαστὸς, ὁ ἡ ἡ, amplectendus.

Ἀγάπη, ης, ἡ, amor, dilectio, caritas; (2) osculum. ἀγάπαι, convivia Christianorum sacra. Ab ἀγαπάω.

Ἀγάπημα, ματος, τὸ, dilectio; (2) res, seu persona, quæ amatur. Ab eod.

Ἀγαπήνωρ, ορος, ὁ, fortis, strenuus, virtutis amans, *Il.* 8, 114. Ex ἀγαπάω et ἠνορίη, *Ion.*

Ἀγάπησις, εως, ἡ, dilectio. Ab ἀγαπάω.

Ἀγαπησμὸς, οῦ, ὁ, idem. Ab eod.

Ἀγαπητέον, sc. ἐστὶ, adquiescendum est, contentum esse oportet. Ab eod.

Ἀγαπητὸς, ἡ, ὸν, amandus. Ab eod.

Ἀγαπητικὸς, ἡ, ὸν, vim diligendi habens.

Ἀγαπητικῶς, *adv.* amanter, benevole.

Ἀγαπητὸς, ἡ, ὸν, dilectus, carus, amabilis; (2) unicus, sc. unigenitus; (3) vir cum diaconissa habitans, ut ἀγαπητὴ, virgo habitans cum monachis cælibatum professis; (4) ἀγαπητόν ἐστι, boni consulendum est, non respuendum est. Ab ἀγαπάω.

Ἀγαπητῶς, *adv.* grate, amabiliter; (2) cupide, libenter; (3) satis. (ἀγαπητῶς ἔχειν, contentus esse, *He ortan.*) (4) vix, ægre, *Ern.* Δικαίως γὰρ ἦν, τοὺς ἀγαπητῶς ὀλίγῳ πρότερον σεσωσμένους, ὑφ' ὕτερον κίνδυνον ἶέναι, *Lysias, Def. pro Mantitheo*, 307.

Ἀγαπῶν, *diligam*, 1. sing. præs. opt. act. *Att.* pro ἀγαπάω.

Ἀγαπωμένη, ης, ἡ, amasia, amica. Ab

Ἀγαπώμενος, ου, ὁ, amasius, amicus. Ab ἀγαπάω.

Ἀγαπῶν, præs. part. act. *contr.* pro ἀγαπάων.

Ἀγαπῶντας, pro ἀγαπάοντας.

ΑΓΑΡΙΚΟΝ, ου, τὸ, agaricum. Nomen fungi arboris.

Ἀγάῤῥητος, ου, ὁ ἡ ἡ, valde ingratus et invisus, *Phav.* Ex ἄγαν et ῥήτες.

